

ta ad fidem posita , aut per se diluen-
da, aut obscuranda, aut digressioni-
bus obruenda. Perorationes autem
ad misericordiam conferendæ. C. F.
Semper ne igitur ordinem collocan-
di, quē uolumus , tenere possumus:
C.P. Nō sanè. Nam auditorum aures
moderantur oratori prudēti, & pro-
uido , & quod respūunt, immutan-
dum est. C.F. Expone deinceps, quæ
ipsius orationis, uerborūmc̄ p̄ræce-
pta sunt: C.P. Vnum igitur genus est
eloquendi sua sponte fusum: alterū
uersum, atq; mutatum. Prima uis est
in simplicibus uerbis: in coniunctis
secunda. Simplicia inuenienda sunt:
coniuncta collocanda sunt. Et sim-
plicia uerba, partim nativa sunt, par-
tim reperta. Nativa ea, quę significa-
ta sunt sensu. Reperta, quæ ex his fa-
cta sunt, & nouata aut similitudine,
aut imitatione, aut inflexione, aut ad
iunctione uerborum. Atq; etiam est
hæc distinctio in uerbis, altera natu-
ra, tractatiōe altera. Natura, ut sint a-